



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Antonii Milliei, Lvgdvnensis, E Societate Iesv, Moyses
Viator**

Millieu, Antoine

Lugduni, 1636

IX. Idolomania in consecratione Vituli: Idololatria per Christum victa
vincendáque.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69066)



LIBER NONVS.

IDOLOMANIA IN
AVREI VITVLI
APOTHEOSI: VINCENDA
tandem à Christo.

QUIS stupor obsedit fauces, agréque meantem
Luctatur Phœbum in gelidis elidere venis?
Vnde repentina offusi caligine sensus
Tot radios inter, Sinaæque fulgura torpent?
Proh facinus! quod Solis equos, pudefactaque vertat
Sidera; nox animi nullis satis occulat umbris,
Nulla satis cinerum potu Adrasteia piarit.
Mox luere incipient torrentia sanguine castra;
Et tamen in seros transibit pœna nepotes.
Vnde animis rabies, & tanta insania cecis?
Dic age, Melpomene, tragicisque effulta cothurnis
Insequere has mecum Furias, quibus obruta cessit
Mens animi, circumque aras lymphata cucurrit
Impietas, manuum venerans figmenta suarum;
Dum tot adhuc documenta daret presentia summi
Numinis, & visis quateret præcordia flammis
Maiestas, coram accenso clarissima monte
Diuinos informe pecus percepit honores!
Heu! adeone hominum prone in tam grandia mentes
Dedecora? aut Stygio tanta Angui facta potestas

I
Sceleris
atrocitas,

Tragicū
facinus.

T 4 His

296 MOYSES VIATOR.

*His tenebris cacare animos, & vertere corda?
Quid sumus? heu! que virtutis fiducia nostra?*

2
Populi
impatien-
tis que-
rela.

*Iam Deus intentum Mosem sermone tenebat
Ter denos in monte dies, opera omnia monstrans,
Sacrorumque typos, totumque umbratile tectum,
Adiciens umbris lucem, & quid quaque docerent
Expediens partes, cum clara in luce patescet
Reiecto veteri delubro, immobile templum.*

*Hic populus novitatis amans, spem ferre morantem
Impatiens queritur, numerans dispendia lapsi
Temporis, abruptamque viam Ductore perempto
Accusat. Quid enim tot agant in monte diebus,
Si superent, & adhuc aura vescatur uterque
Aetherea? impasti media inter fulmina perstant
Scilicet? aut vini nebula pascuntur, & igne?
Cur vel Nunniades non saltem in castra remissus
Ancipites populo curas, dubiosque timores
Abstulerit, nisi quod neuter sub Sole superstes?
Heu miseros! quos credulitas nimia ignibus hausit.*

3
Satanas
incentor
feditio-
nis.

*Hac ubi Tartareus populi fastidia serpens
Persensit, (sectatur enim vestigia semper,
Ut causas errorum omnes in tempore capret)
Insinuat se se querulis, per castra vagatus
Immanem caputem septem nebula obtegit Hydram.*

Hydra &
Mulier
purpura-
ta.
Apoc. l.
17.

Typus
Idolola-
tria.

*Ipsa ingens procera decem cernicibus altè
Arboreis totidem in Regum spem, cornua tollit.
Infandis inscripta patent membra omnia diris,
Impia coccinea referant ut nomina squama.
Sæua sedet tergo Mulier Babylonia Belis,
Sed tegit infames crasso medicamine rugas,
Et fucum gypsata facit; discriminat auro
Canitiem tinctam, gemmisque exaggerat altè
Exstructas à fronte comas: incocta liquores*

Assyrios,

Assyrios, coccòque madens plumaria ab arte
Crescit acu vestis vanis illusa figuris.

Impietas frontem inscripsit; mysteria iactat
Religio; sacrat arcanum scelera omnia nomen,
Et bibere affectant gentes, quaecunque propinet
Aurea Circeis confusa capedo venenis.

Mysteriū
in fronte.

Hinc pateram implevit meretrix, ritusque nefandos
Ex astris, Ereboque legens, monstra omnia fundo
Miscuit, ut sua cuique Deus sit dira libido,
Et facinus nullum concessa licentia spernat.

Poculum
plenu impietate.

INVENIT scelus omne Deos. Hoc Lena paratu,
Hac pompa invehitur magnum veneranda per orbem,
Illecebris illis sua raptat in Orgia Reges.

Hiscere qui contra, fucumque refellere tendant,
Ostentare Deum larvas; mundi que Satorem,
Asserere, incestos Hydra maectantur ad ignes.

Coccineum hinc haurit Meretricis palla colorem,
Purpuraque hac illi potior, qua Bellua regnat.

Martyrū
fanguine
purpurat
pallam.

Hoc se habitu in populo miscens teterrima linguis
Murmura, perque domos, perque obuia pectora
spargit.

4
Inferit se
Hebraeis
castris,
Suadet
impietatem.

Pallet ubique dies, & putri nubilus aurā
Tristificum virus spirantibus obiicit aër:
Impia septeno sic Bellua murmurat ore.

Quis Deus hac nobis condit tam tristia iura?
Qui socios aris, patrioque exturbat Olympo?

Et sine vult consorte coli: tamen usque colentes
Terrificans, nullas mittit sine fulmine voces:

Summonet accessu trepidos: se nubibus abdit;
Nesciri in tenebris mavult, maiorque videri:

Edicitque auctera suis sacra tetricus aris,
Nec letos sinit ire dies; non tibia cantu

Vlla epulas hilarat, neque versant sistra choreas,

298 MOYSES VIATOR.

Sacra Dei
tetrica &
ieiuna.

Licentia
in Deorū
sacris.

Deorum
indulgen-
tia.

Dij Ægy-
ptij faci-
les.

Sine inui-
dia inter
se.

Hebræi
lege irre-
titi.

Fama de
Mose ful-
mine icō.

Nulla coronato feruent conuiuia Baccho.
At non sic alias gentes, florentia regna
Instituere Dij faciles; quorum atria templis
Ampla patent, thalamique, & lectisternia Diuum,
Et simulacra sacris in puluinaribus extant:
Dj populū inuitant epulis genialibus: omnis
Permixtim accumbunt superis Epulonibus ordo.
Hic cantus, hic vina calent, blandēque remissa
Ignoscit Deitas populis post vina solutis.
Astarten Syrias scimus sic ire per vrbes,
Cœlestēque Deam Libycis quæ presidet aris:
Ista Palaestina sunt quoque sacra Columba,
Sacra Semiramio, quæ primūm prodita ritu.
Vt taceam te, magne Dagon, qui mole bimembri
Amphibium numen, terras atque æquora misces,
Et tua conuiuis largus sacraria pandis.
Quot? qualēsque Deos Phariis cognouimus agris?
Inuentum quoties epulati aspeximus Apin?
O! quæ Memphitæ, quàm festā licentia Vacca?
NAM facilis natura Boni: neque Numina quen-
quam
Exterrent, adytisue fugant, malūntve timeri.
NEC fas est linere Deos; aut amula regna
Partiri: imperium mundi in commune gubernant:
Nec, quos quique optent populi, bona Numina curant,
Dum nullum excludant aris. Heu! fœdere captos
Isacidas, quibus hæc solis per fœdus adempta
Libertas! sed Di melius. Pater ille Patratus
Fœderis, interit consumptus fulmine Moses.
Ergo alios properate Deos; nam lege tenemur
Iam nullā, postquam illius euauit Obses.
Maturate, duces, quibus hæc sit nunc via cura.
5 Hæ voces sparse in vulgus tentoria complent,
Sollicitatque

Sollicitatque animos omnes feralis Erinnyis.
 Iam factis coeunt turbis; iam dira volutant
 Argumenta fera, rapiuntque incendia venis:
 Iam meretrix se se in cuneos Babylonia miscet,
 Et pateram obtrudit mista impietate fluentem:
 Iam gula, iam luxus, iam lena licentia mentes
 Exoluere metu; rapuere exempla pudorem,
 Et patrij ritus populorum, & sub Terebintho
 Non satis altè infossa at auo simulacra sororum
 Nachoridum, nec quod pendebat ab auribus aurum.
 Reliquias generi infauistas nunc Hydra recudit.

Furor
 vbique
 sparsus.

Licentia
 lena.

Exempla
 impia gē-
 tium.

Gen. 35.
 4.

6
 Fama de
 morte
 Mosis.

Quin etiam fama est Stygia fictum arte sepulcrum,
 Exanimemque viri formam per inane pheretro
 Funerea impositum pompâ, elatumque cadauer
 Ignibus ambustum nigra inter nubila structâ
 Deflagrasse pyrâ, facibusque arsisse trisulcis,
 Et lessi auditas voces: LETHO DATVS OLLVS.
 Heu! nimis infidos andax accessit ad ignes.
 Credita res subito, vt solitum, sine teste tumultu.
 Nec desunt, qui spectra velint vidisse videri,
 Iniussisque parent iurare insomnia linguis.

Circunstant Arona Tribus, vox omnibus vna,
 Poscentesque iubent. Populum quonam vsque moraris?
 Quanam ultra nos fraude tenes? tuus ille sub auras,
 Aut tumulum ingressus, vel cœlum ascendit Aruspex,
 Qui nos in steriles has vsque illexit arenas.
 Nec Deus ille latens iam nostra negotia curat.
 Redde Deos, age, redde Deos: molire figuras,
 Tractandumque manu specimen, quo Numina se se
 Insinuent, monstrèntque viam, quâ castra sequantur.
 Ut quid enim, si viuit adhuc, nos distinet iste
 Hic Moses, tantum sine motu stante columna?
 Nunc placate Deos; mox cursum intendite castris,
 Isacida;

Populi
 conuitia:
 Fac nobis
 Deos.

300 MOYSES VIATOR.

*Isacida; ut quid enim sterili terere otia terra?
Tot vita periisse dies, tot perdere causas?*

7
Stupor
Ducum.

*Sic populus. Siluere Duces: circumspicit Aron;
Aut eadem infremuere senes, aut pallida moestis
Ora rigent, trepidant genua, & cor concipit iras.*

Furor fi-
milis Or-
giorum
Bacchi.

*Religio deserta iacet, frustra que potentum
Imploratque manus, ingrata que pectora pulsat;
Nec meminere Dei currum, nec fulmina Patres:
Non iurata fides, non sparsa sanguine vestes,
Non rorati artus, tabuleq; aspergine sancta
Occurrere animis: stupidus timor omnia merfit,
Impietas aut ceca premit. Bacchata Cytheron
Sic inga miratus cum Penthea sparsit Agae;
Cum ruerent ad sacra nurus ignota, virique,
Attonitique furore greges populique, ducumque
Mæonio exciti cornu: rapit impia mentes
Tibia, monstrificis turbantur limina spectris;
Delphines syluis saliunt, & tigres in undis:
Tempestate fremunt iactato in pectore fluctus;
Mens excussa mero; rapuitque insania clauum.
Ignorat Pentheum genitrix, Amphiona Theba.
Quoque magis prohibes, magis est insana Mimallon.*

8
Hur dis-
suadet
scelus.

*Et fama est tentasse Hurum prohibere furentes,
Et monitis iunxisse preces. Quo tendimus, inquit,
Isacida? aut quinam motus sic castra repente,
Que fuerant huc usque animis placidissima, turbant?
Quid petimus? facilisne Deos? qui ne agmina
ductent*

Quam
praesens
Deus suo
populo.

*Conspicui, signentque vias? obstacula rumpant
Obuia, & hostiles vobis dent protinus agros?
Quidnam igitur nunc usque deest? quidnam ille
negavit,
Quem nostri coluere patres? qui vincula vobis
Eripuit,*

Eripuit, vósque è Pharia fornace reuulsit ?
 Conspicuumne satis Numen ? quid flammea Nubes
 Plena super capita impendens noctésque diésque
 Castra tegit, motóque Deum restata cylindro ?
 Hinc loquitur Deus ipse palam, nullasque remiscet
 Ambages : ipsi audistis de Nube tonantem.
 At non accessu facilis ? sed fulmine terret ?
 Quippe Deus, Dominúsque ; tamen Pater optimus
 idem.

In colam.
ná.In Sina
vísus fe-
nibus 70.

Compellit gremio inuitans, quos territat igni.
 An gens vlla magis faciles commenta Deos est ?
 Quis Deus hos aperit scisso de marmore fontes ?
 Quinam alius sic farre pluit, fácilémque per agros
 Annonam populis spargit ? Sic digerit horas,
 Partiturque dies, & donis tempora signat ?
 Cui ne gerant tot bella Dy, quot praelia vobis
 Conficit hic, cuiusque hodie contemnitis aras ?
 Ah ! cohibete animos, tantúmque horrescite crimen !
 Iam iam aderit Moses, utinámque & non Deus ultor.

Manna.

Víti A-
malecítæ.

Talibus orantem exturbant, contráque ruentes
 In faciem sputis onerant infamibus ora,
 Illuduntque viro turba ; iam tela feruntur,
 Iam lapides : ipso rabies moderamine crescit.
 Obicibus veluti positis ac limite torrens
 Lenius antè tumens, cum nil obstaret eunti,
 Cum tetigit medio, sensitque obstacula cursu,
 Oppositas ruit ille trabes, intextáque saxa
 Spumeus, & verso rotat obice senior undas.
 Cesserunt populo Proceres : quin ipse furenti
 Consilium dictante, metu se commodat Aron
 Artificem sceleris, tutatus crimine vitam.
 Flagitium heu ! cani capitis. Malè callida se se
 Artibus in fraudem induxit prudentia cæcis.

9

Hur ve-
xatus à
populo.Furor
torrenti
similis.Aaron
metu vi-
ctus.

Vsq̄ue

302 MOYSES VIATOR.

*Usque adeone mori miserum, aternumque pacisci
Inuicta pietate decus? Numenque fateri*

*Peccat grauior, Authorem vita, & Domino sua reddere dona?
Sed nondum generosa illo se tempore Virtus
Extulerat, necdum sacro perfusus oliuo*

Nondum vnctus, Flamen, adhuc habuit molles ad vulnera sensus.

*Petrus Christum negans, Iamque gerens adamantem animis, & nomine Petram,
Succubuit, victusque Deum terrore negauit?
Disiecit tantam verbo vno foemina rupem!
In se stabat adhuc; post casum immobilis haeret,
Cum didicit iam stare Deo, qui lapsa reponit.
Ne mihi, ne cuiquam veniat fiducia fallax.*

IO

*Ut sceleri intentos Aron auertere dictis,
Diffusus, timuitque minas: innectere tendit
Arte moram, & sumptu ingenti deflectere crimen.
NAM VITIA interdum pugnant, seseque vicissim
Excludunt: luxum sordes, & auarus habendi
Vincit amor: laxatque seris clausum ambitus aurum.
Deterrere scelus pretio parat: atque ita fatur.*

Deum fingere periculosum.

*Rem magnam, Isacida, mortalique arte iubetis
Maiorem, fabricare Deos: quis enim ora Deorum
Nouerit, aut quo habitu malint se Numina fingi?
Fluctuat ars incerta operis: describite formas
Vos ipsi, & quos esse Deos iubeatis ab arte.*

Materia pretiosam postulat.

*RELLIGIO hic impune nihil temeraria peccat,
Admoneo; leuia haud leuiter commissa luuntur.
Materiam sane eximiam contendite primum
Condendis conferre Diis. Si forte figuram,
Et dignos Superis vultus humana negabit
Ars dextra trepidante sequi; at pretiosa pudendum
Materies excuset opus: si fingere pulchros
Non datur; at gemmis dites habeatis, & auro.*

Nam

Nam quis stramineos colat? aut à falce salignos?

Monilia
vorum.

Protinus huc ergo detracta monilia collo,
Traiectasque aurum baccis, quod degrauat aures,
Quod crinale comâ, & digitis puerique, puellâq;
Uxoresque gerunt, iusto quem poscit aceruo
Tantum opus, haud parco lati conferte paratu.
Publica res, & Dis simulacra immania Magnis.

Vix ea fatus erat, rixis discordibus ignes
Iniecisse ratus, ne tam pretiosa placeret
Religio, matrêque suos defendere cultus,
Et pueri aggressi lacrymis iam iam impia sacra
Despuerent, ultrôque viros seuire vetarent,
Damnarêntque Deos: cecidit contrâ; ebria quippe
Belidos ebiberant Meretricis pectora virus,
Verterat & cacas rabie iam Bellua mentes.

II
Impiorû
alacritas
ad scelus.

Heu auro spolianda Fides, quod consecrat aurem,
Despondetque Deo mentes, quibus inditus auri
Annulus, ut Fidei iungatur pignore dextra.

Fidei in-
signia di-
repta, in-
aures &
annuli.

Auribus eripiunt gemmas, digitisque, comisque
Bacchata audita veluti Trieteride matres;
Certatim pueri torques, aurumque puella
Proiiciunt; surgit cumulis ingentibus aurum;
Funestis quot non congesta monilia Cannis
Ad Libycos misit victor spolia aurea Diuos.

12
Acoreus
faber.

Néve moras patiatur opus, fabricator Acoreus
Adiicitur, non ductilibus qui corpora lamnis
Protrahat, ac dudum repetita incude labore;
Sed lentam fingente manu celer ectypa cretam
Expediat, fuso simul ut stent membra metallo.
Hand illo Pharios solertior inter Epeos
Ære faber vultus hominum simulare, vel auro;
Seruatisque notas astrorum insculpere formis
Argillâ, siue ille Deos, cerâque tenaci,

Sen

304 MOYSES VIATOR.

Seu pecudum rictus gypso, vel sulfure fingat,

Fictor *Insinuans magicas inspecto à sidere vires.*
Dædaleo- *Ille, & Memnoniis posset vocem addere signis,*
rum si- *Et stupidam Aurora radiis exsoluere linguam,*
gnorum. *Aut auro rigidos inflectere motibus artus,*

Pincernæ *Dadaleos quales Indus iactauit Iarchas*
Iarchæ *Pincernas ad Tantaleæ conuiuia Suade.*
aurei. *Incertum, Phariſne olim plebs dedita sacris,*
An Pelusiacos retinens gens aduena ritus,

Quæ cau- *Conflari optarit rapidis fornacibus Apim,*
ſ. vituli *Aut Iſim patriam reuocantem in cornua Lunam?*
fingendi. *An potiùs stupidas Aron à crimine mentes*
An Apis? *Vt reuocet, brutum obiciens pro Numine monstrum,*

Aronis *Maluerit formare pecus, pigrique iuueni*
conſilium *Terga, fatigatum grauibus quem paſtor aratris*
fallax. *Increpet, ac ſtimulis miſcens conuitia trudat?*
Quidquid erat, populi præcepſ infania pronos
Ante imam barathri ſtrauiſſet Gorgona vultus.
Nec decuit leni reprimi medicamine peſtem:
Compescenda lues ferro fuit, & ſcelus igni.

PRÆCIPITAT POPVLI Ducis indulgentia mores:
SEMPER & *in peius ſcelera haud reſciſſa trahuntur.*
Dei pa- *At tacet ex alto expectans ſua tempora Numen;*
tientia. *DIGERIT interea fidis ſcelera omnia chartis:*

Jerem. 17. *Omne notans adamante nefus in cornibus are.*
1.

13 *Perſectum iam ſtabat opus, feſſoſque Cyclopaſ*
Vitulus, *Liquerat: excelsa ſubſtructa crepidine moles,*
idolum. *Quam circum erectis intenta aulaa columnis,*

Statuitur *Coccineæq; tholo, velut in conopea, pelles;*
Par operi ſedes. Huc poſtquam educta caminis,
Seu Dea, ſiue Deus, veſtantibus incubuit Bos,
Stat torua ceruice ferox, caperata tuetur
Maietas, ſimulatque Deum; tranſuerſa minantur
Lumina,

Lumina, praevalides torquente torqueumate gemmas,
 Fulmineasque imitata faces: palearia rugis
 Horrida, muscoso pendent amplissima mento:
 Compressis bis, terve toris per guttura visus
 Conari renocare herbas, semesaque pratis
 Pabula; nec patulas non turbat stiria nares,
 Lubrica despumat bibulo quas lingua palato;
 Perreptat niger insculpto quam Cantharus auro:
 Cornua stant intento arcu referentia Lunas
 Crescentes, hirtaque rigent sub cornibus aures.
 Candida frons, nigro fulget nota candida tergo:
 Cauda duplex hirsuta pilis vestigia longè
 Verreret; at manult intorta recumbere dorso.

Qualis
 Apis.

Cantha-
 rus in lin-
 gua.

Iam penitus subiit Stygius caua viscera serpens,
 Divinosque dolis affectat victor honores;
 Ac nisi frana daret maior moderata potestas
 Ex alto, pecudis stantes impelleret artus
 Protinus, & fictis quateret mugitibus auras,
 Ac responsa cauo mugirent reddita ventre;
 Posceret aut foenum stabulis, aut carperet herbas.
 Nec desunt, quibus illusi procul aggere sensus,
 Caca superstitio fictis ut credula somnis,
 Exclamant visos oculos, auresque moveri,
 Cornuaque inclusis iactasse micantia gemmis.
 Tum subito passim in populo mala gaudia clamor
 Lymphatus, diraque incestant aëra voces.
 Hi Dii sunt, ô Isacidæ; hæc ipsissima coram,
 Qua modo nos Phariis educunt Numina regnis;
 Hæc rupere graues, domito Pharaone, catenas;
 Hæc promissa dabunt felicibus vbera terris.

14
 Satanae
 fraudes.

Mouet
 idola,

Illusa su-
 perstitio.

Populi
 blasphem-
 ia,

Proh Superi! queis criminibus cincta arma piandis!
 Hæcine vos scelerum tot in vno crimine monstra
 Vel puncto sub Sole pati? non spargitis ignes

15
 Dei pa-
 tencia.

V Nubibus?

306 MOYSES VIATOR.

Nubibus? aut rupto subducitis aequore terras?

Plūsne Erebi possit rabies, & seua nocendi

Libertas, quam praesidij vigilantia vestri?

Heu! crescit cunctando nefas! iam iam impius Aron

**Aronis
Infania.**

Vel trahitur, vel sponte ruit; populine fauore

Abreptus? fractusne metu? cecusne furore,

Quo populus? Vitulo indicit solennia sacra;

**Apotheo-
sis Viculi.**

Indiget atque Bonem verbo, Dominumque, Deumque

Appellans, titulis tantis ipse erigit aram.

Iam iam animus meminisse horret, iam Musa refugit

Virgineas temerare aures, vittasque pudendis

Commaculare sacris, tristisque attingere ritus.

**16
Dies so-
lennis fla-
gitio.**

Postera funestos Aurora retexerat ortus,

Triste rubens inter nubes, & luce cruenta

Sanguineos minitans imbres, quos vespera vexit:

Tympana iam festique vocant Larualia cantus.

Effusum vulgus cuneis obsederat aras.

**Licentia
impudēs.**

It vaga per medios ridente Licentia vultu;

Pérque viris mistas matres: it mente soluta

Relligio, externo tantum ambitiosa paratu.

Et sua cuique penus lata in libamina mensis,

Bacchicaque è Tyria restant que munera pradâ,

Sidonio feruet generosa diota Lyao,

**Pompa
sacri.**

Plurimaque auratis fert cornibus hostia vittas.

Ponè coronati in bysso candente ministri

Sacra ferunt hymnos meditati, & nomina mille,

Nec quibus illa Diis sint apta vocabula norunt,

**Quæstus
supersti-
tionis.**

Ignorant ipsique Deos, queis nomina fingunt.

In tacito risere sinu, cum barbara quæstum

Vox tulit emunctis populis, & simplice vulgo.

Vt case in flammam pecudes, incanus Agirtes

Accedit, tangitque aras, & sanguine tingit

Circumiens, balboque preces immurmurat ore.

Quo

Quo te cunque, Pater, compellent nomine gentes;
 Nam tibi non unum est nomen, non una potestas,
 Sunt varij ritus populis, mens omnibus una,
 Te, quicumque fuas, venerari, & solvere grates,
 Seu tu Siris amas potius, seu forsitan Osiris
 Audire, aut veteri Mnevis cognomine gaudes,
 Seu Dea, seu Deus es; quis enim discrimina norit,
 Et genus ambiguum? sexum complexus utrunque,
 Et Deus, & Dea sis; pariter sis Apis, & Isis,
 Dum iubeas hunc esse diem, tum deinde sequentes
 Huic populo faustos, feliciaque omnia dones,
 Ocyus o ductor pactis nos inuehe campis.

Sic stolidum pecori fatur pecus, & litat auro
 Libatum inuergens patera spumante cruorem:
 Admouet & virides farre è lactente maniplos,
 Accumulatque dapes aris Boue numine dignas,
 Hortaturque frui donis, & carpere fruges.
 Hydra canis uteri furtim gauisa caernis
 Concussit vituli caput, ut si sternuat omen,
 Ac simul antico suspensum dente manipulum
 Arripit, ut virides videatur mandere culmos.
 Attollunt vocem attonita, plausumque corona,
 Et proceres horrent, puerique, & filius infans
 Nutricum, matrumque sinu attolluntur in auras,
 Ut grandes meminisse queant, quas manderet herbas
 Bellua, quam Numen iusserunt esse parentes,
 Virg, Deum coluere aris, & nomine monstrum.

Ut Vitulo perfectus honor, vitulantur & ipsi
 Sacrifici, populisque: calent conuiuia passim;
 Important hilares fumantia lancibus exta,
 Combustisque Boni setis, sibi viscera ponunt,
 Et solidos animantum artus, & pinguia iura:
 Expediunt calices, Amalecia vina coronant,

17
 Nili, aut
 Apis in-
 digetatio.

Diabolus
 in idolo.

18
 Comestio
 tio popu-
 li.
 Vitula-
 tio.

308 MOYSES VIATOR.

Nec caruit sacra mensa iocis, largoque salino:

Ipsae sales Comus spargit: Gelasinus in ore

Omnibus est, oculos Charites, frontemque serenant.

Ridetur bonus ille senex de principe factus

Ridetur
Moyſes,
vt fulmi-
ne ictus.

Opilio; mox deposito pastore, repente

Legifer; ah! nimio Phaeton nunc percitus igni.

Ac se se interea gratantur lege solutos:

Ergo alacres surgunt Geniis: mensisque remotis

In ludos post vina ruunt, foedumque Lupercal.

Iam Thymelen, Satyrosque mouent: praesepibus altis

Bos satur effusis tanquam per prata iuuenis,

Bacchantum ignoscit gregibus Deus aureus APIS.

It clamor caelo ludentum, & ceca rotantum

Orgia. Sermonem Deus alto in monte repente

19
Deus ira-
tus im-
piis.

Abrumpens medium sanam excandescere flammam

Visus; inhorrescit Moses, irasque minaces

Fulguris agnoscit radiis, trepidansque silescit

Pronus humo; tristi, quem sic Deus increpat ore.

Vade, ageris, festina oculis spectare nefandum,

Quod populus tuus iste scelus commisit ad aras,

Et peregrina bouis Phary sacra. Tamne recenti

Lege mea? in Sina? coramque tonantibus astris?

Tam cito? sic nostros transfert ingratus honores?

Transformetne meum in pecudem nomenque, decusque?

Adscribatque Bovi nostra tot munera dextra?

Immolet his mea dona Diis? ereptaque nostra

Moyſes
Deum te-
net prece.

Vincla manu, pecudi ferat, ac suspendat ad aras?

Quid me urges precibus? sine me ut furor astuet

ingens,

Quo flagro, & ingrata gentem iam fulmine perdam,

Cervices ego iam duras, scopulosaque corda

Comminuam; attritis spargam iam puluerem in

auras,

Teque

Tēque statim magno in populo Regem esse iubebo,
 Instituamque caput meliori in gente: quid ultra
 Hanc moror, ut patiar scelera hæc? at legifer instat;
 Et veniam fandi poscens, sic restitit ore.

Pulvis ego, fateorque, & pulvere vilior ipso:
 Sed sine te exorem; aut ne orandi respue causas,
 Quas populo præbes dudum, & mihi suggeris ipse.
 Cur adeo fragiles pateris? quin robore firmas
 Duratos, mutansque animos noua pectora singis,
 Quod tibi tam facile est, aliam quam condere gentem?
 Totne velis ista excisa benefacta perisse?
 Tot plagas sensisse Pharam? tot verbera gentes;
 Ut tibi nunc hostes ausint illudere dictis?
 Et populo extincto increpitent promissa, fidemque?
 Accusentque inopem dextram perumpere pactos
 Non potuisse armis fines, & reddere terris
 Extractam Aegypto gentem, quam proinde necarit
 Callidus, extinctam ad Sinæa Ceraunia flammis?
 Hæc poterisne audire, Pater, maledicta? parentum
 Ista ferent probra in campis felicibus umbra?
 Tres illæ ingentes animæ, capita inclyta gentis,
 Vnde petis famam, & dignaris ducere nomen?
 Respice ad illorum cineres: his pacta fides est;
 His iurata domus, felicisque vbera terra.
 Gratia compenset Patrum, delira quod audet
 Posteritas; neque tu extirpa, sed corripe prolem.
 Primus ego commune luhm scelus: accipe pœnas;
 Iam me dede neci: populine ego funera spectem?
 Imperium tibi iam alterius quodcunque remitto.
 Aut populo parce, aut moriar; fors altera nulla est.

His lacrymis dedit ira manus diuina parumper;
 Placatusque furor mutatâ in tempore pœnâ.

Multa gemens sculptram Moses in marmore legem

20
 Nititur
 cum placare.

Obsecrat
 per Ma-
 nes Pa-
 trum.

Abrahâ,
 Isaac,
 Iacob,

Optat
 mori pro
 populo.

21
 Placatus
 iâ Deus.

310 MOYSES VIATOR.

Moyſes
tabulas
flens ac-
cipit.

Complexus premit uſque ſinu, lacrymiſque ſolutis
Obruit; ac ſi apices deleri flumine poſſent,
Aut lacrymis tabere ſilex vaneſceret omni
Cum ſaxo diuina manus, nec littera fontes
Argueret: magnis ſed utraque in fronte figuris
Pagina ſcripta reos peragit; neque marmore fracto
Lex interna deeſt, ſcriptaq; in pectore noxa.

Clamor
bacchātis
populi.

Vix è ſeceſſu, montis proceſſerat Heros,
Nunniade comitante, venit confuſus ad aures
Horrorēque ferens clamor; quem primus ut hauſit
Nunniades; iſtos, inquit, Bellona tumultu
Dat ſopitus: ſic caſtra ululant hortantia pugnas.

22
Moſis do-
lor.

Cui vates reprimens greſſus. Non, inquit, in arma
Hoc acies clamore ruunt; ſed feſta choreas
Tympana, & hæ potiùs produnt caſtra ebria voces.
Præcipitātque gradum, & totis tremunt artubus æger.
Ut ſcelus, & ceci vidit monimenta furoris,
Extantēſque aras, ſtabulatūmque aggere monſtrum,
Et circum intentis altum præſepe columnis,
Labitur indignans animo: dolor arida preſſit
Lumina, concluſit fauces; & frigida vibrans
Oſſa tremor; reperit nullas muta ira querelas.
Sed femur, & frontem feriens, iterūmque, iterūmque
Proſpicit in cælos, ad terras lumina torquet,

Cur fran-
gat tabu-
las.

Ad tabulas vertitque oculos, veniāmque precari
Viſus, eas preſſit labris, atque oſcula fixit
Ter, quater; ac tandem vox ut laxata dolori,
Et frangantur, ait; quid enim ſtent marmore Iura,
Pectoribus ſi rupta iacent? LEX INTIMA FIBRIS
PRIMA SEDET; quam qui excludunt, iam mente
carentes,

Externa nil Legis egent. Legiſne ſubirent
Hæc bipedum ſimulacræ iugo, quibus extima reſtat

Sola

Sola hominis tantum non prono corpore forma?
 Ah! pereant Leges, quibus hac insania gentis
 Arguitur, brutique animi lymphata libido.
 Illa, illa veniant leges, quibus intima d'io
 Corda calent igni, Iustoque inscripta patefcunt!
 Fœdere quid rupto, tabulas seruiamus inanes?
 Frangantur; luat has etiam gens impia pœnas,
 Et pereant monimenta, Dei quæ maxima amoris.

Optat
 meliores.

Dixit, & impactos scopulis illidit acutis
 Sapphiros; disiecta solo se fragmina condunt,
 Effugiuntque oculos dilapsa puluere gemma,
 Mutaque vanescit contrito litera saxo:
 Ast animam Legis cœli tabularia seruant.

23
 Fragmē-
 ta eua-
 nescunt.

Mox in castra ruens, quæ prima oblata securim,
 Corripit inuaditque Bouem, simul aggere busti
 Deiectum, raptatque secans in frusta, trahitque,
 Euertitque aras, & sacra nefaria miscet.

Deiicit
 idolum.

Magnanimus se Nunniades hand secius infert
 Vltorem, turbatque focos, vertitque columnas:

Iosue Mo-
 sem ad-
 iuuat.

In flammis aulea rapit, bustumque Iuueno
 Accumulat: trepidant torti iam crimine fontes:
 Iam mala mens horret furiis: audacia cessit:

Tympana muta silent, Thyasique, & Menas anhelant:

Stupet
 populus.

Ærâque repressit Corybas: timor omnia sternit
 Instigante Deo Mosem; se tantus in iras

Extulerat! iamque in cineres collapsa iacebant

Cum Boue sacra suo; cineres cum flumine miscet,

Turbarique iubet sparsa cum puluere fontes:

Tum populo horrendos latices sic ipse propinat.

Cineres
 viculi mi-
 sti aqua.

Fœdisfragi; nam, cur deinceps vos nomine dicam,

Abramidas? nisi degeneres, & adultera Patrum

Dedecora? heu! ubi erant mentes? queis caca te-
 nebris

24
 Idolola-
 tras ar-
 guit.

312 MOYSES VIATOR.

Consilia? aut qua vos Larua, Furiâq; ferebant?

Vnde adeò obscœnos petit hac insania ritus?

Vos pecori posuisse aras? fusùmque metallo

Consecrassè Bouem? vos procubuisse dicantes

Atrocitas
sceleris.

Informi monstro non ulli effabile NOMEN;

Quòsque Deus soli summos sibi seruat honores?

Atque hac Lege palam, primâque in fronte vetante?

Fœderis ante aras ièti, cinerèmq; calentem,

Cuius adhuc madeant rorate sanguine vestes?

Fulminibus nondum extinctis, qua nuper ab alto

Præsentem sonnère Deum? qua voce loquentem

Audistis trepidi; quem toto ex agmine lecti

Spektauère senes solio sublime sedentem?

Quæ ira
Dei Vin-
dicis.

*Sed quid ego hac autem memoro? tantum omniâ
crimen,*

Qua memini, taceòque, grauant: iam terra dehiscit,

Iam stella, cœlique ruunt; iam cuncta minantur

In pœnas elementa, Deùmque vltura fatiscunt.

*Nam, quid tale vnquam Pharao, Memphisque
sepulta*

Fluctibus, & vobis attrita verberè gentes

Peccauère Deo? Vidi, vidi ipse tenentem,

Tela manu, queis nos Erebi detrudat in umbras,

Tenuit
Dei ma-
nus Mo-
ses.

Informes umbras Erebi, & flagrantia stagna;

Quâ potui, tenui ipse manus: vix ille moratus

Supplicium commune, reis innoxia iunget

Iam capita; heu! nullo pœnas discrimine sumet.

Sed quis non per castra nocens? hac publica noxa est,

Hoc commune scelus; Proceres cum Principe lapsi

Noxij
omnes.

Et populo: nemo vindex, nemo obstitit vltor.

Heu nimium commune scelus, priuatâque culpa

Cunctorum! incestos faciunt spectacula sensus:

Et scelus est spectasse nefas, quo putruit aura

Aetheris,

Ætheris, ac cœlum infecit spirabile tabo.

Ergo omnes ignominiam hanc, has pectore condent

Flagitij sordes; cinerem cum flumine ducent,

Protinus unde habeat largos mens conscia fletus.

Omnibus hac pœna est; ea prima piacula sunt.

Dixit, & ingentem pateram prior ipse poposcit,

Et lacrymans cinere infuso se proluit unda.

Mox Arona citat trepidantem, & muta tenentem

Ora metu. Miserande senex, nimiumque superstes,

Quodnam in te populus crimen committere tantum,

Que potuit meruisse odia, ut simulatio fallax

Praderet his Furiis, tuâque indulgentia gentem?

Hanc faceres fraudem populo, inferrésque ruinam?

Non satis hi fuerant anni tibi? vitâque multos

Heu! nimium iam longa dies? adeone timendum

Pro sancta Pietate mori, totne agmina tanto

Dedecore, & tanto turpares crimine canos?

Te voluit mactare Deus, primùmque petebat

In pœnas; tenui ferrum, flexique rigorem,

Iustitia: sed tu interea Bonus ebibe faces,

Quem manibus fictùmque tuis, positùmque fateris:

Tu purgare prior, populi dein elue sordes.

Craterem accepit senior, tum pauca modeste

Causatus, populique minas, cacùmque furorem,

Agnoscit facinus mœrens, dextraque tremente

Nigrantes haurit lymphas, Vitulique fauillam.

Tum Proceres alij lustralia pocula poscunt

Certatim, populûsque omnis; pugnatur ad undam,

Quis prior, & plus quisque bibat: nam terror in

omnes

Incubuit, stridensque super Rhamnusia pennis.

Expectant pariter pœnas castique, reique.

Sic quondam magno in populo, magnâsque per urbes

Pœna ad
omnes
pertinet.

25
Moses bi-
bit.

Aronem
corripit.

Aronis
peccatû.

Orauit
pro Arô-
ne Moses.
Deut. 9.
20.

Bibit Arô
cinerem.

Bibit Dû-
ces & po-
pulus.

314 MOYSES VIATOR.

Trepida-
io popu-
li.

Cum coepit mugire solum, aut iuga saeva Veseni
Ebullire cauis, flammamque efflare cauernis,
Iam cinerum eructare globos, iam condere Solem;
Læsæ maieſtas immani crimine, fontes
Aggeribus cinxit muros, populumque rebellem.

Læsa ma-
ieſtas

Obiecit sine spe ferro, flammamque furenti:
Tum trepidi pallent ciues, ululantque solutis
Matronæ per templa comis, & limina mergunt
Sacra nurus strata lacrymis: it tristis ad auras
Infantum, matrumque, neque intrat sidera clamor:
Auersis lacrymæ Superis voluuntur inanes.

26

Aron se-
parat no-
xios.

Interea authores sceleris discriminat Aron
Præcipuos, qui circum aras duxere furentes
Bacchanal: spoliat cultu, vestesque nefastas
Eripit, utque hostes à sanctis segregat aris
Castrorum parte inclusos; tum puluere spargit

Fabula de
aureis
barbis.

Deuotos Diris, ac certa piacula mandat.
Et fama est fecisse reis discrimina barbas,
Fulgentes auro barbas, atque aurea menta.
Nam simul auristuum pateris hausere liquorem,
Mutauere comas fontes, si credere fas est,
Aureus in barbis nituit color, aurea mento
Cæsaries, fuluo fontes prodente metallo.

Mosis
prudens
ſeneritas.

At Moses aliâ expendens facta impia lance
Haud contentus eo populi squalore, situmque:
Et nondum satis esse Deo factum putat; ergo
Irarum accendit flammæ ad Numinis ignes
Offensi, & metuens euo grauiora sequenti,
Sic dictante Deo, dextram exertare medentem.
Exemplo insigni statuit: rescindere pestem,
Et terrere animos ferro, & compescere poenâ
Audaces; sic forte Dei se molliat ira.

27

Et legis stimulante æstro. Iam quisquis honores
Diuiuos

Diuinos sarcire uoles mecum, inquit, adesto,
Me sequere, & mecum sceleratâ te eripe turbâ.

Nec mora conueniunt Leuita, & multa nefandis
Intemerata manus sacris, quibus imperat Heros.

Obfirmate animos, laterique accingite ferrum;
Ite, redite alacres mediis qua compita castris

Dant longas diuersa uias portam inter utramque,
Obuia quaeque metant enses: ne parcite stragi.

Hortatu sensere Deum iusta arma iubentem,
Iustitiâq; acti stimulis in caeca feruntur

Vulnera, nec uultus norunt, nec cara parentum

Nomina, nec dubitant quo condant pectore ferrum;

Hostis erat quicumque nocens, quive obuius ensi

Iusta odia in fontes animas dat, & expiat ictu

Magnus amor, Legis vindex, qui praeiuit enses.

Oderunt, & amant feriendo, manûsque trementes

Confirmat zelus, repetitisque ictibus iras.

Prosternunt scelera ipsa reos, iugulumque recludunt;

Prasidio deserti omnes: stat nullus in armis:

Nemo fugit: pulsat clamor miserabilis astra

Poscentum veniam, noxasque in morte fatentum.

Audiri caelo gemitus, lacrymaeq; recepta.

Larga iacet castris propè nullo in tempore strages.

Sic ubi flaua Ceres plenis iam nutat aristis,

Aut iam liuentes exponit pampinus uuas,

Si grauis incubuit ventis hiemantibus imber,

Quem Boreas, flatûsque rotent transversa frementes,

Rumpitur in glaciem nimbus, sub grandine messes

Defluxere: iacet densis vindemia saxis,

Attritisque gemunt mœrentes vitibus ulmi:

Momento cassus longi labor interit anni.

Detonuit subito nubes, rediitque serenum,

Apparet mœstis strages, spesque irrita campis:

Trituram

Hortatu
Leuitas
ad eadem
reorum.

Zelus iu-
stus.

Sine ac-
ceptione
persona-
rum.

Fontes
manifesti.

Confessi.

Strages
similis ca-
lamitati
segetum.

316 MOYSES VIATOR.

*Trituram segetes passa, vineta flagellum;
Agricolis restant lacryma, vanique dolores.*

23000.
hominū
caesa.

*Sic tria sunt hominum & viginti millia puncto
Strata neci: eiciunt infleta cadavera castris*

*Aequanimis, quodque exitium sibi quisque timebat,
Defuncti haud grauer casorum in sorte tulerunt,
Insuper & gladios Moses, & pectora laudans,*

28
Laudati
ultores
Legis.

*Macti animis, inquit, iuuenes, quibus edita cadet
Hac hodie inceptat scelerato inflectere Numen
Sanguine, & offensum populo placare Tonantem;
Vestras illi hodie haec sacrauit victima dextras,
Cuius honos potior vobis, quam cara iugalis
Vincla thori, aut fratrum sanguis, quam vita pa-
rentum.*

*Huius erit merces ingens, & gloria facti;
Et sperate Deum memorem, cui sacra litastis.*

*Sic fatur: caelo interea fulgentia surgunt
Sidera; descendunt somni: mortalia grata
Exoluere vices redivituris pectora curis:*

*Hunc dedit insanis lux quadragesima finem;
Sanguineoque Apim ploratum flumine merisit.
Hydra odiis servans tamen immortalibus iras,
Naufragio è tanto potuit quascunque relegit
Reliquias, quas infando sub Rege reponat*

Ieroboan
vitulos
reposuit.
3. Reg. 12.
18.

*In vitulos Samaria tuos: rursus aurea contra
Abstrahet Isacidas Solymais buccula templis.
Hauferat astra dies; populum Titane reuerso;
Ductoresque vocat Moses, ac talia fatur.*

29
Hortatur
omnes ad
peniten-
tiam.

*Infandum scelus, Isacida, longoque luendum
Ordine pœnarum postrema insania vobis
Consciuat: neque fas vllum pretendere noxe
Velamen; nihil hic error, nihil inscia fraudum
Simplicitas, nihil hic preceps violentia possunt*

Excusare;

Excusare ; oculis omnes peccastis apertis ,
 Consilio tractante scelus : post omnia coram
 Argumenta Dei visu usurpata manūque.
 Illius vereor quorsum indignatio vergat ;
 Nec pœna satis exhaustum est : ego rursus adibo ,
 Et veniam orabo lacrymis , supplēxque fatebor
 Hoc tam immane scelus vestrum , mēque ipse vouebo ,
 Ut caput hoc vnum vobis dira hostia pendam.

Ira Dei
 grauis.

At vos interea lacrymis , victūque seuro
 Castigate animos , & mecum intendite vota,
 Iam vobis impunè nihil peccare licebit.

Se pro
 omnibus
 deuouet.

Non colimus truncos , sensūque carentia saxa :
 SED ; didicistis enim , DEVS omnia spectat , & audit,
 ILLIVS ET NVLLI sperandum euadere dextras ,
 Non oculos ; omni ille loco scelera inuenit vltor ;
 NEC SONTES , socij scelerum , nec turba tuentur.
 Durate , & lacrymis illum affectate fauentem.

Sic fatus repetit montem , ieiunia rursus
 Altera inuit , denis quater instauranda diebus ,
 Aggrediturque Deum votis , versatque precando.

30
 Moses
 montem
 repetit.
 Secunda
 quadra-
 gesima.
 Pro ve-
 nia sup-
 plicat.

Commissum est immane scelus ; fontesque fatentur
 Crimen atrox , dignūque aeterno adamante notari.
 Conflauere Deos , heu ! immemorabile monstrum !

Constatis posuere aras , & thura dederunt.
 Ruptum ultrò fœdus : gratis pessundata iura :
 Infandas meriti pœnas. Si crimina queris
 Cognitor , & fontes ipsi commissa fatentur
 Omnia ; promeruisse omnes hoc crimine pœnas :

Pendere nec nullas orant squalentia luctu
 Agmina. Iam cæsis scelerum tot millibus , alto
 Sanguine castra natant : expectant cætera mortem ,
 Qua leuior foret ipsa metu , seuoque dolore ,
 Quo torquet mens scissa reos. Sed parce relictis ,

Pœniten-
 tia popu-
 li.

Et

318 MOYSES VIATOR.

*Et scelus hoc nobis ignosce; aut me quoque chartis
Exime viuentum numero: me expunge sub umbras
Detrusum, & populi in stragem mea funera misce.
Vt quid enim solus lacrymis, luctuque relinquer?
Vt foueam aeternum deleta gente dolorem?
Sic Vates. Deus hac solatur voce precantem.*

Deleri
petit de
libro vi-
tz.

31
Deus pla-
cibilis.
Sua quif-
que cul-
pa perit.

*CVIQUE SVVM CAPITALE scelus, funesta ta-
bella est:*

*Et damnat sua noxa reos; sua crimina tollunt.
Viuentum è numero solos expungere fontes
Fas mihi: tu perge, & populum perducere tende,
Quo coeptum tibi monstrat iter. Nec sanguinis hocce
Exhaustum satis est; sceleris non immemor huius,
Adiuciam vindex iusta in medicamina poenas.
Interea tu carpe viam, meus ille columnâ
Quam tibi conspicuo ductor secat Angelus astro.
Ingratis equidem iam parco praere cateruis,
Praefractis ne forte animis, totiesque furentem
Exscindam populum, ac simul vno vulnere perdam.
Pertendit contra Moses, precibusque moratur.*

Negat
Moses ire
sine Deo
ducc.

*Nosne viam sine te ductore capeffere mandas?
Haud equidem ingrediar sine te: non si mihi
centum*

*Millia ductorum Aligerum, caelique maniplos
Polliceare omnes: nisi protinus agmina coram
Ipse regas ductor, per me se nulla mouebunt
Castra loco; his fixi moriemur sedibus omnes.
Nam sine te, quò ferre pedem? quas prendere sedes?
Quò nos Aligeri sine te? quae in confraga trudent?
Te praesente mori hic satius; miserebere forsan
Infantum, aut illos Patrum reuerebere Manes,
Qui soboli hanc orant veniam; audiri que merentur,
Cultores, famuli que tui, fidi que clientes.*

Sancorū
PP. Meri-
ta pro po-
teris.

Sim

Sin minus, ut placitum est, integros fontibus adde,
 Misce omnes, patrioque sinu nos, ceu graue pondus,
 Excute; & hunc gentes patria Pietatis abortum,
 Accusent, probroque tibi hac eiectione vertat;
 Ceu praestare fidem nequeas, nec foedera cures.
 Me tibi de facie notum, & de nomine iactas,
 Me gestari oculis, & amico pectore condi;
 Quin igitur nubem remoues, vultusque serenos
 Ostendis? teque in populum spectabilis infers?
 Quin hanc tute viam tua per vestigia signas?
 Aut tibi si tam carus ego, neque vana putatur
 Gratia, tolle mihi saltem hac velamina fronte,
 Obsecro, diuinusque palam da cernere vultus.
 Fac, videam faciemque tuam sine nube, sine umbris.
 Heu! quo me usque trahis simulamine? me quoque vanis
 Ludis imaginibus, perque hac umbracula rides
 Illusum, palpantem umbras, & caeca tenentem
 Nubila, ceu puram complectar pectore lucem?
 O! quem te in populis, quae per praeconia tollam?
 Quos loquar aspectos vultus, fontemque leporem,
 Primenumque decus, summam sine origine formam?
 Talibus orabat Vates. Deus ipse precanti,
 Sic exorari cupiens mollissima verba
 Suggestit; instigat magnos fiducia sensus,
 Nec veniam solum spondet; sed tendere supra
 Vota docet, caeli que nouos ambire fauores.
 Sic igitur Mosi placido Deus annuit ore.
 Ingrediar rursus ipse viam manifestus, & ante
 Agmina Amorrhæas detrudam cespite gentes
 Telluris pacta Abramidis: tibi rura, domosque,
 Et vacuas tradam immixtis crabronibus vrbes.
 Ante acies tibi de facie spectabilis ibo,
 Ut prius, & vultu aspiciam mea castra sereno.

Petit vi-
sionem
Dei.

Cur petat
faciem Dei.

32
Famili-
ritas Dei.

Se ducem
promittit.

Hoc

Visionem
promittit
petitam.

Hoc etiam, quod tute rogas, tibi largiter addam.
OMNE BONVM OSTENDAM TIBI *me, summamque*
leporam.

Exhibito obiciam vultu. Sed lumina sensus
Mortales neque tanta ferunt, neque vinere cuiquam

Mortalem, simul & diuinos cernere vultus

Concessum: neque me morituro in corpore quisquam

Aspiciat: tibi cur communem solvere legem?

Tequè mori ante diem mea contuearis ut ora,

Mortalis, que nemo videt? neque gratia prorsus

Ista neganda tibi tamen est; si cernere vultus

Posterio-
ra sua vi-
dēda pro-
mittit.

Non potes, & faciem immensum iubar ore vomentem,
Me licet à tergo aspicias, & pone figuram

Ex humeris, tergoque notes, gressumque loquentis,

Sic etiam auersa radios à fronte fluentes

Vix oculis, & mente feres: sed te eminus abdam

In spelun-
cā.

Speluncā clausum umbrosā, saxique profundo,
Obtentaque manu radios ante ostia frangam,

Ne vietos soluant sensus, angustaque corda

Hinc mea dorsa oculis, me pratereunte videbis,

Seruabisque solo gressum, & vestigia nosces.

33
Moses
optat mori,
ut videat.

Hic animo assurgens Vates, Nihil ista moretur
Vita, inquit, mihi quin faciem, tuaque ora reueles
Pura, precor; videam, & moriar; si fortè necesse est
Ante mori, ut videam, moriar: mihi maximus iste
Fructus erit vita, & nimis o cumulatata voluptas!
Nam quos vita alios misero seruetur in vsus?
Votis summa meis, fruar ut te, corpore solui.

Omne tē-
pus breue
in rapto
animæ.

Iam decies quater exoriens Titania lampas
Miscentem vicibus sermonem in monte videbat,
Congressumque Deo Vatem: non vlla videtur
Oranti proluxa dies, nec tempora labi
Sentit in æterna Mentis composita sinu mens,

*Ac velut in stratis, ubi mollis pluma soporem,
 Defessisque labor membris, & mensa modestis
 Conciliant somnos epulis, abstracta sepultis
 Sensibus, & voluens nullas per somnia curas,
 Non sentit mens ire polos labentibus astris,
 Nec lapsas numerat partes; sed tempora iungit
 Non discreta notis, punctoque videtur eodem
 Incipere, & ceptos vigilans abrumpere somnos:
 Multa inter medio ceciderunt sidera cursu:
 Nulla fames placidam turbat, neque cura quietem.
 Sic animum Mosis nebulâ, gremioque receptum
 Numen alit somnis: iubet alta silentia curis
 Corporeis: nulla abrumpunt insomnia pacem,
 Nulli audent somnos interpellare clientes.
 Excitat ipse Deus, iussuque in castra remittit.*

Simile à
 placido
 somno.

Mosis cō-
 templatō
 per dies
 quadra-
 ginta.

*Surge, ait, atque meis populo hac ediffere verbis,
 Irarum ingentes animo me voluere fluctus:
 Atque parata ipsi deflectant fulmina luctu,
 Et doleant passi leniora piacula noxis;
 Sic indulgentes lacrymis, mea fœdera rursus
 Expectent. At tu, formâ referente priores
 Scinde tibi è saxo tabulas, primaque dolatis
 Luce redi, & montis solus fastigia scande:
 Nemo ausit cliuo positos accedere fines:
 Summoueant armenta procul, nec pascere campis
 Audeat aduersis quisquam, propiusque vagari.
 Instaurabo manu Legem, scriptoque reponam.*

34
 Redit in
 castra præ-
 co pœni-
 tentiæ,

*Sic ait, & tristem Nemesein stridentibus alis
 Ire iubet Mosis sociam, & deposcere pœnas.*

Nemesis
 in castra
 mittitur.

*Hec ubi vulgavit Vates in castra reuersus,
 Incendit magnum in populo Dea seua dolorem
 Missa polo, & tristes lacrymas super agmina fundit.
 Mox lacerat comptos crines, & puluere turpat:*

322 MOYSES VIATOR.

*Pœnitentia seu
penitentia.*

*Habitus
qualis.
Ipsa. 3.24.*

Spes pœnitentia.

35
Sacra exportata.

Columna sequitur.

Luctus publicus.

*Florentes scindit tunicas, auròque crepantes
Rumpit acerba sinus, spoliataque corpora cultu
Sternit humi cinere inuoluens: tum cannabe tortâ
Inicit horrentes saccos, & funibus arctat
Præcinctos artus; setis quos subter equinis
Aspera texta terunt, aut tonsis retia capris.
Amouet & mensis epulas, & balnea thermis:
Vina vetat; mollèsque thori in lanugine somnos:
Mandat humum; aut duris iubet arctâ cubilia trûcis;
Lurida quum siccâ soluit ieiunia cœnâ.
Dat castas lacrymis noctes, vigilatâque planctu
Astra ferit, pulsânsque Dei demittit iras.
Intereâque animos venia spes alma serenat,
Solanturque reos planctus, & crimina purgant.
Hos Metanœa habitus pullo mœstissima luctu,
Nuda pedes, plangens liuentia pectora palmis
Perculsis dederat castris, fletuque madebant
Omnia ad instantes irato Numine diras.*

*Et tantos populi gemitus probro aggerat Heros,
Exportat castris aras, & publica sacra,
Translatòque foras ponit Tentoria Templo;
INTERDICTA velut raptis sint agmina SACRIS,
Custodémque adytis adhibet, qui limina seruet,
Nunniaden, ut fœdisragos procul arceat aris.*

*Insequitur, Templumque regit comitata Columna,
Et testata Deum iratum super explicat umbram,
Dirigit visu populus, cœn castra relinquat
Præsidio spoliata Deus; gemitusque dederunt
Luctisonos cum plebe Patres: singultibus angit
Pectora rupta dolor; seuit virgo aspera loris;
Quòque magis seuit, tantò spes blandior intus
Erigit afflictas sua per suspiria mentes:
Et magis atque magis reuomunt infusa medullis*

Toxica,

Toxica, queis animos Orcina auerterat Hydra
 Illudens paterâ, & Chaldaea Belidos auro;
 Quam castris procul eiectam Metanœa flagello
 Increpitat, tristêsque adigit remeare sub umbras.

Tunc tuis etiam Isacidæ afflare venenis
 Ausa, diem incestabis adhuc? fuge, Dira, sub
 Orcum,

Et tristês ibi rode dapes, & vescere terrâ:
 Terra tibi, facêsque data: quid sidera tentas,
 Lucentêsque peris serpens in pabula stellas?
 Vipereos frangent dentes; tetigisse pudebit;
 Sed non & gustasse voles; tibi debita fata
 A genere hoc? septem capitum cervicibus una
 Infliget Mulier calces, protritâque franget
 Gutturâ, & anulsûm cecis toto orbe cavernis
 Exponet Colubrum ludo te lacteus Infans;
 Iactatâmque tibi philtris, & murice Circem,
 Quæ tergo Regina sedet, cui dena ministrant
 Cornua detractam lustris, regni que pudendis
 Fornicibus nudam statuet, probrosâque monstra
 Eruet, ac circum latrantes inguina formas,
 Moxque ignominias flammis, & sulfure merget.

Sic Nemesis monstro insultans; cui principe rictu
 Hydra vomens piceâ mistam fuligine flammam
 Reddidit hæc. At non istos sine clade pudendâ,
 Quos memoras, puer iste ferent, Mulierque triumphos.
 Interea que aliquot verremus ab æthere stellas,
 Electâmque dapem Stygiis properabimus antris,
 Dum licet: in vitulos rursus sacrabimus aurum.
 Dan, & Luza ferent altaribus emula signa:
 Iam toto sparsi orbe Deos, nec semina desunt
 Excelsis fœcunda iugis: iam pangere lucos,
 Iam meditor sepire aras nemoralibus umbris:

X 2 Finitimâq;

Odium
 peccati.

Bellua fu-
 gata.

36
 Pœnitentia
 insultat bel-
 lura.

Christus
 Idolola-
 triæ vi-
 cor.
 Isa. 11. 8.

37
 Diaboli
 inuidia
 idola re-
 ponet.

3. Reg.
 12. 18.

Idola to-
 to orbe.

324 MOYSES VIATOR.

Excelsa
in Israél.

Vallis
Tho-
ph. th.
4. Reg.
2. 10.
Jerem. 7.
3. 1.

Diabolus
Deus mū-
di per
idola.

Dij sine
numero
vndique
accipi.

Finitimāq; dabunt exempla, & nomina gentes
In pompam festosque dies: lustrabitur aris
Tota meis domus Isacidum; nec vallibus Ennon

Ampla satis capiet cœtus ad sacra ruentes:
Hos videat cœlum populis plaudentibus ignes,
Et doleat; mortique datos simul immolet Orco;
Ut res cunque cadant, decrescent sidera cœlo,
Extendamque meos hominum per funera fines,

Sic effata odiis ambit feralibus orbem,
Et scelerum ritus magnis authoribus infert,
Aptatis ad vota Deus, ut commoda cuique
Relligio. SCELERA INDIGETAT patrona vetustas;
Vimque dolo miscens Erroribus extruit arces,
Propugnatque nefas, & vanis militat umbris.
Sincerum nihil est usquam; sic omnia serpens

Afflauit, cœlum ac terras, & cœrula ponti,
Damnatumque Chaos tenebris, ceu triplice fati
Impietas sibi sorte tulit: tenet omnia triplex
Iuppiter, & rerum formas mutatur in omnes.

Summates, Imosque Deos, Mediumque tenentes
Mundus habet: sensu illuso pronuntiat Error,

HOC DEVS EST, quodcunque vides: quod poscis, &
horres,

Quod iuuat, & quodcunque nocet: sine crimine, fas est
Execrari etiam Superos, omnesque vocare
Nominibus veris Furias: & maxima Gorgon
Inter eos plus iuris habet; queis Numinis ordo
Nequitia est; REGNAT QUI INTER TETERRIMVS

OMNES.

Heu faciem Mundi miseram! tot quem vndique
iactant

Abreptum Furia, & Furiarum maxima tergo
Amentem paterâ Lenâ cum Belide vectat.

Heu!

Heu! quis erit finis? quò non contagia serpent?
 Quas non inscient gentes, cum carpserit ipsos
 Ifacidas tam fœda lues? tam sapè recisis
 Ulceribus ferro, & flammâ; tamen usque relapsum
 In venas subiit virus: recrudit error
 Nequitia, torièsque arsit lethale venenum!
 Non potuit tantam Moses abscindere pestem;
 Non tot deinde pij Reges! non igneus ipse
 Thesbites valuit flammâ septemplicis Hydra
 Ramosam capitum Baalis consumere sylvam!
 An tuus est hic, CHRISTE, labor? tibi Bellua soli
 Ista cadet, neque tota simul victoria monstri
 Orbe tibi victo veniet; populabere colla
 Paulatim, & victor toto spectabere mundo.
 Per terras, populòsque omnes tibi Bellua laudum
 Materiam, bellique dabit: tu denique cornu
 Supremum extremo victor certamine franges,
 Et dominam mundi meretricem in sanguine volues;
 At septem interea totidem cum montibus arces
 Subiecit iam Roma tibi, collectaque toto
 Orbe Deùm simulacra suos ut religionum
 Municipes tibi Pantheij testudine templi
 Inclusit, tractòsque tuas maectavit ad aras.
 Tot delubra alia gentes, tot fana dederunt
 In cineres, tot muta tibi confusus Apollo
 Deseruit spelea: silet Dodonia quercus:
 Non tripodas cortina mouet, non corniger Ammon,
 Non Prænestina referunt responsa sorores.
 Robigo, Febrisque Iones, postrema Deùm fax,
 Confecere, fimo, quos Dina Cloacula texit,
 Séque olido simul inclusit Libitina sepulcro.
 Felix ô nimum stratis Ecclesia monstribus,
 Purgatâque olim tetrìs nidoribus aurâ!

38
 Repullu-
 lans Hy-
 dra mere-
 tricis.
 Babylo-
 niâ.

Christus
 Belluæ &
 meretri-
 cis victor.

Sensim
 vincendâ.

Tam victa
 olim Ro-
 mâ cecidit.

Panthe-
 Deo dic-
 tum.

Oracula
 muta.

Monstra
 Idolorum
 cloacis
 condita.

326 MOYSES VIATOR.

Multi Ie-
roboanes
reponunt
idola
Christia-
nis.

*Si modò Nabatides nullus Vitulique, Iouisque
Reliquias templis relegens, arisque reponat.
Nec referant turpes Diuùm profcena ritus.
O scelus ! heu vitius EXCETRA simillima foedat
Christiadùm mores, olimque Ægyptia castris
Colluuiis heret, Christi mentita sub armis
Militiam, & contra iuratas Tartara pugnas
Nobiscum lustrata Deo, cui perfida lingua*

Perfidi &
periuri
post Ba-
ptimum.

*Sacramentum ingens, & formidabile dixit
Detestari odiis Stygio cum Principe pompas,
Sacra Crucis vexilla manu pugnare tenentes
Tartareis infesta umbris, victricia mundi.
Quò fugit cum mente fides? malè transfuga Memphis
Impietas, sic perfidiâ Christi agmina turbas?
Sic prodis scelere? incestumque reducis Anubim?
Restituisque Deos, & dira Lemuria templis?
Nam quibus, & quot caca modis tentare Voluptas
Ausa nefas, se sacrilegis immiscuit aris?*

40

Ludi &
spectacu-
la Idolo-
rum.
Circus.

*Ille colit Consum Circo, & Neptunia sacra
Curriculi spectator agit, Circaëque Soli
Dona refert, dum quadriungos in puluere currus
Ipse fauore furens rapidis immittit habenis,
Quadrifidique Deos assignat partibus anni.*

Arena
gladiato-
rum.

*Illum sanguineâ, Dis, an Saturnus? arenâ
Immanes, operatum oculis, & pectore sauo
Dira Thoantea fingunt ad sacra Diana;
Moribus exutum humanis Dea tigride vestit.*

Theatra
scenica
Veneris.

*Quid? qui lasciuis Cyprin coluere theatris,
Subiectosque gradus templo trinere Diones?
Non pratextatis ludunt Floralia scenis
Pompeia Veneris famuli, mollésque columbi.*

Baccha-
nalia &
laræ.

*Quid memorem, qua iam fiunt Trieterica Baccho
Annua? desertis postquam hæc insania pagis*

Christiadùm

Christiadum magnas plaustris migravit in vrbes;
 Oraque corticibus Satyri monstrosa cauatis
 Obiecere palam, dirisque furentia Laruis
 Compita Silenos asino videre vehentes,
 Et bacchata foro iactarunt Orgia thyrsos.
 Nec Furias ieiuna tenent Cineraryia septis.
 Transiliunt fines, velluntque repagula larua,
 Et comessantem media in ieiunia Bacchum
 Important; pullis lugent dum vestibus ara.

Quot Ventrem, Geniumque colunt, inimicaque
 sancta

Sacra Cruci? quid enim refert Idola per aras
 Restituant, ungantque Lares? an corde profano
 Admittat mens ipsa Deos penetralibus imis,
 Queis secreta sinu det thura libido Sacerdos?
 IMPIETAS HIC MAIOR ERIT, qua plangit Adonin
 Parietibus pictum cecis, altaria contra
 Interiore tholo; Censor quam nemo coercet,
 Perfosso nisi perspiciat sacraria muro.

Heu morum antiquam labem! quam sacra que-
 rentur

Omnia, sed tandem suprema incendia soluent,
 Cum veniet zelo Iudex, horrendus & armis,
 Vibratumque DEI VNIUS per fulmina NOMEN
 Maiestas manifesta feret: tunc omnis ab imo
 Impietas Erebo occurret, genibusque tremiscens
 Incuruis, dabit in manicas & vincula collum.

Dum queror ad Nemefin, decedunt sidera caelo;
 Expoliit raso tabulas de marmore Moses,
 Et primo reperit montem procinctus Eoo:

Ducitur
 etiam in
 Quadra-
 gesimæ
 dies.

Ventem
 Deus
 multis.

Tecta Im-
 pietas pes-
 sima.
 Adonis in
 templo.
 Ezech. 8.
 14.

41
 Vincenda
 à Christo
 impietas.

Rom. 14.
 11.

Moses
 redit in
 montem.